

CHRISTOPHORI EN
CELI SALVELDENSI DE LA
pidibus, & gemmis, alijsq; rebus precio
sis in medelis, Liber Tertius.

DE FLVORIBVS.

Caput I.



FLVORES, à Germanis
flüsse / lapides ex fodinis
similes sunt gemmis ipsis,
sed minus duri. metallici
uocant fluores: siquidem
ignis calore, ut glacies so
le, liquecunt & fluunt.
suntq; fluores quasi con
trarij metallis istis medijs seu remotis, quæ in spiri
tus & aërem soluuntur. Theophrastus ipsos si no
uisset, εν συγγρησι uocasset, quòd fluxu in terra fie
rent. sed credo ignotos fuisse omnino ueteribus. Ve
rùm ut fluorum species agnoscas melius, propter
studiosos more consueto subiiciemus.

Rudimenta gemmarum, & similes gemmis sunt
fluores, die flüsse / noti in fodinis, suntq; :

1. Rubri coloris. uidentur primo aspectu argen
tum quasi rude rubrum: quanquam & hoc inter
dum translucidum apparet. Videntur etiam esse
carbunculi: sed perspicui languidius resurgent. qui

uerò